



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Idea Theologiæ Speculativæ**

**Petrus <a Sancto Josepho>**

**Coloniæ, 1648**

Reverendissimo Domino D. Ægidio Romano Celeberrimi Monasterii S.  
Panthaleonis Ordini[us] S. Benedicti Unionis Bursfeldensis Abbatii  
meritissimo, Domino suo unice colendo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38884**

REVERENDISSIMO DOMINO  
**D. ÆGIDIO**  
ROMANO

CELEBERRIMI MONASTERII  
S. Panthaleonis Ordinis S. Benedicti Unionis  
Bursfeldensis Abbatii meritissimo, Do-  
mino suo unice co-  
lendo.

**P**ATERE, Reuerendissime  
Præsul, dum imprimendo  
Chronico Illustrissimi &  
Florentissimi Ordinis S. Benedi-  
cti diutius, immorari cogor, ob  
molem & præstantiam operis, ut  
paucis interim R.D.V. convenire  
possim atque aliquod testimoniu-  
publicè proferam singularis, &  
intimi mei erga R.D.V. ordinem  
que, affectus & observantiae. Quā-  
tum enim in pulcherrimo opere  
isto quotidie promoveo, id fere  
totum curæ & benignitati tuæ,  
vestrorumq; sedulitati indefesso-

) : ( 3 que

EPISTOLA

que laboridebeo. Dum enim Au-  
tor hinc longe absens Typogra-  
pheio vacare non potest, vestro  
in Monasterio seipsum quasi præ-  
sentem reperit, nec habet quod  
præsens quidpiam amplius exop-  
tare debeat. Admitte inquam, ut  
Clarissimo nomini vestro inscri-  
bam primam partem præstantis-  
simi Theologi D. Petri à S. Io-  
seph Fuliensi: quæ est *De Deo uno*  
*& Trino. De Christo, de Angelis, & de*  
*Gratia.* Ideoque vel maxime se ve-  
stro Religiosissimo cœtui insinua-  
re gestit, quod is subtilioribus istis  
fidei nostræ mysteriis contem-  
plandis & perscrutandis non per-  
functorie incumbat, sed theo-  
riam copulando cum praxi, id est,  
Rachelem cum Lia, omne pun-  
ctuni perfecti & absoluti Religiosi  
Conventus tulisse videatur. Ne-  
que modo R. S. D. Studia illa fo-  
vet,

D E D I C A T O R I A.

vet, omnique subsidio prosequitur, sed intime in animo amat, atque in deliciis habet, tamquam securissimum quendam portum, quo mens externis exercitata curis, & actuum tumultu sedato perfugiat, & optata securitate perfruatur. Atque vix est ut dubitem quin R. D. S. sit id placitum, quod tam æquis de causis, tamq; sincero offertur affectu non in plenam exolutionem debiti, sed imminutionem foeneris quo astringor.

*Reverendiissima Dominationi sue  
æterno cultu devotissimus.*

CONSTANTINVS MVNICH  
Civis & Bibliopola Coloniensis.

) : ( 4

A.D.